deniq. destitutum & ex frumento eius in locis saxosis atq. inuiis
adorsi arabes strauicae deserternunt funduntq. effugatos
usq. ad refugia recuti exitio dedere. adfuit herodes porte
rius quidem quam necessitas postulabat. sed tamen ultus
erumnam quam inportemoribus proeliis ita arabas afflixit
ut unam illam uictoriam suam saepius deplorarent.
x Accidit etiam motu terrae grauis animorum defectio quo
pecoris plurimum hominis quoq. xxx. fere milia consumta
sunt militaris tamen omnis manus eo quod sub diuo habita
bat incolumis perseuerauit. hinc quoq. erecti animi hos
tium ut arbitrarentur quod desertam iudaeam facilius
inuaderent et perculsos talib; prodigiis affligerent.
Unde eos herodes ad definitionem sui erigendos putauit
et maxime quia legatos quos in arabiam miserat necatos
dolo conpertum habebat. hoc igitur ut trepidantes ser
mone adorsus est. quum tot secundis nostrorum proeliis
fractae res hostium usq. ad ipsorum fuerit confessionem
quia uera nodolore percit. quasi uicti legatos nostros pere
merunt mirum mihi uidetur quos me tuis uos in rationa
bilis in tantum perculerit ut fortuita elementorum
notas iam successib; praeferatis. Nulla congressio fuit
qua non arabes statim cesserint atq. in fugam conuersi
caedendum existimauerint. et ut se habent furta belli
fraude atq. insidiis remedia captauerint non ut ipsi uin
cerent sed ut nostram differrent uictoriam pro quo cu(m)
considere oportet & ex agitatio successit quasi formi
dabilis belli quia terra tremuit cum soli innocui fuerint
qui proelia gerunt aut si considerare uelimus quibus
obfecerit arabas potius existimabimus quos in bellum
reduxit ne se fugiendo subtraherent fortiorib; uideo
enim illos non armis et uiribus fretos sed pecoris nostri
dispendio in aciem remeauisse fragilis autem spes quae
non ex propria uirtutis fiducia sed ex aliena pendet
miseria cum in terris nihil tam est inmutabile quam uel
secundae res uel aduersae exigui enim momentis sta
tus rerum humanarum nouantur nec prosperitas